

A sine tristitia, & dolore. Vnde animaduerte, & considera, quod aliud est loqui de esse, & bono simpliciter, & generaliter, & aliud est loqui de tale esse, quod unicuique proprium est, ut de non est dubium quod esse simpliciter est melius, quam non esse. ut dicitur in 2. de Generatio & corrupt. tex. cō. 59. & non est dubium quod loquendo de appetitu naturali quod esse naturaliter appetitur, quia tale est participatio prima entibus cōcata à primo principio, ut dicit author de causis. & sententia Philosophi, primo Cœli, & mundi. tex. com. 100. Si loquarum autem de appetitu intellectivo regulata à ratione recta per se, sit fertur in esse perfectum secundum propriam rationem convenientem suæ naturæ. nullus enim talis appetitus appetit per se uitam prauam, aut in dolonibus, & tristitia constitutam, immo per accidens potest, ut sic appetere non esse in quantum est terminatum miseria, & tristitia, quia cum proprium unicuiusque nostrum esse necessarium sit terminatum, nam mors, ut inquit Cōmen. in prologo primi Phy. accedit ex necessitate hylæ sive materie, præstat uero per paruum tempus secundum perfectam uitam que debetur homini secundum uitrem, quæ uiuere per longum tempus in tristitia, & in miseria, sicut contingit hominibus uitiosam, & prauam uitam ageribus utra enim istis data est in supplicium, nec male factius potest uero gaudium, aut delectatio uera contingere. unde Salomon sapientissimus inquit. Cognovi quod non est homini melius, quam benefacere & gaudere in sua uita, polut autem prius benefacere, quia male uiuenti non contingit gaudium, non enim curat. Saviens à ratione recta regulatus, quanta futura fit uita, sed de sola qualitate considerat. Re euentur igitur & dicamus quod bonitas, & perfectio est passio per se entis extra animam existentes in actu, nam entia intantum participant de bonitate, in quantum participant de actualitate. Subtilis doctor quicq; dixit quod bonitas, seu quantitas uirtualis non cōuenit nisi extirata quiditatibus, & quicq; dixit quod non competit nisi extirata absolute, hoc autem facit pro nobis quantu illud quod diximus, quod bonitas primo non fit à ratione precipia entis, licet omne ens bonu sit, sed à ratione entis in actu in quantum in actu, & hoc teneo. * {Addit pro hoc authoritate Philosophi. 2. Phy. tex. com. 74. ubi etiam Cōmen. inquit quod nobilitas non accedit forma in quantum formam sequitur nobilitas entis, sed in quantum forma est finis.}

B Summa limitationis, Secundum qd. quodlibetor in fine, ADDL. * Prop. 49.

E Entia omnia aut sunt substantiae, aut accidentia, aut uie ad esse istorum, & sunt uniuersitatis transmutatio.

C **P**ROPOSITIO ista est Auer. primo Cœli. cō. 1. ubi adiuret quod ut inquit Cōmen. in 2. Physica au scule. cō. 4. substantia & accidentia sunt de differentiis entis. ubi scire debes quod Aristoteles quia in 5. Meta. diuidit ens in ens secundum se, & in ens secundum accidentem, & in ens in anima, & in ens extra animam. deinde ens secundum fe, & extra animam diuidit in decem. Prædicamenta ut patet in tex. cō. 3. & 4. Et in 5. Prima phis. postea quam abiecit à sua confideratione ens per accidentem, quia non habet causa terminatas per quas scientia de ipso haberit posse, & abiecit ens in anima, quia est diminutum. iterum tale ens per fe, & extra animam diuidit in decem praedicamenta, sicut patet in tex. cō. 4. ibidem. & in principio 7. Et propter aequo rationem quod est causa confusionis, & erroris, animaduerte uerte quod ens multis modis diuidi potest secundum uarias apprehensiones, & modos diuersos concipiendi. Nam quicq; ens diuiditur, ut dicitur de omnibus quomodo cōcipi & quae literuntur. Ita quod dicitur, tam de entibus in anima, quia de entibus extra animam, & de substantia, & de accidente, & de priuationibus, & negationibus: & ita diuisio entis transversa diuisio sumpti, & in hac significacione diuisit ens Arist. in 4. Prima phis. in tex. cō. 2. unde Cōmen. uult ibi in cō. quod dicatur etiam de 2. intellectis, id est de secundiis intentionibus quae sunt res logicae, nam Arist. ibi uult quod dicatur indifferenter, tam in affirmationibus, quam etiam in negationibus, & priuationibus intantum quod aliqui aut sunt dicere, & ens in illa maxima cōmunitate sit subiectum, & cōsequatur

D in Metaphysica, quod quidem nullo pacto stare potest, quia D ut scribit Auer. in 7. Philosophia in cōm. 15. nomina qua dicuntur de affirmatione, & negatione, dicuntur pure & quicq; uoce manifestum est autem quod nullum pure & aquiuocum est subiectum in aliqua Scientia, & ideo dicimus nos quod illa diuisio quia ens diuiditur in ens in anima, & in ens extra animam, & in affirmationem, & negationem, est diuisio uocis & aquiuocis in sua aquiuocata enti enim in anima, & enti extra animam non correspontet conceptus per se unus, nec uniuerso, nec analogice dictus, quiquid dicat Franciscus de Mayrone super hoc. Sunt iterum aliquæ diuisiones ensis, secundum quod ens cadit sub opere animæ, & sic ens prius in sua diuisione diuiditur in res quae sunt nostra opera, & in res quae non sunt nostra opera. Vnde Aueicen. dicit in principio suæ logicæ, & in principio suæ Metaphysicæ, quod res absolute sumpta diuiditur in substantiam, & accidentem, sicut & ens, sed res ut de ea habetur scientia prima cui diuisio diuiditur in res quae sunt nostra opera de quibus sunt scientia actiua, & in res quae non sunt nostra opera, ut sunt scientia speculativa. & hoc etiam est de mente Auer. in 2. Physica auscultationis, in cōm. 71. inquit enim cum ens diuiditur secundum confiderationem demonstratiuum, intra bit una natura in duas artes dando intelligere aliquas esse diuisiones entis secundum quod de ente scientia, & demonstrationem haberit potest. Similiter etiam ens ut cadit sub opere animæ diuiditur in ens per se, & in ens per accidentem, quia ita est diuisio logicalis penes modos praedicandi per se, uel per accidentem, quod cum est praedicata per se dicuntur de subiectis, ut praedicata primi, & secundi modi dicuntur de per se. Et quod cum dicuntur per accidentem, nam quicq; neutraliter insunt, accidentia sunt, ut patet primo Posterior. licet enim huiusmodi diuisio ponatur in Metaphysica, etiam tenet in logiis, appropriata tamen Metaphysi. Nam ut scribit Commen. primo Phy. com. 35. Logica usitatur in scientiis duobus modis, aut secundum quod est instrumentum distinguens uerum a falso, & hic est modus proprius, aut secundum quod declarata in ea accipiunt pro maximis in destruendo, aut confirmando aliquid. & ita confideratio cum usitatur in artibus particularibus est non propria, in arte autem uniuersali, scilicet in Prima philosophia est propria, quod pro tanto dicitur logica secundo modo sumptam, cum usitatur in scientia diuina esse propriam illi, quia ita scientia communicant in uniuersalitate confideratorum, nam circa idem ueratur Dialeticus Metaphysicus, & Sophista: pater. 4. Meta. tex. com. 3. & ita est opinio eius etiam in 7. Metaphys. cōmen. Et eadem sententiam habet in 3. Meta. com. primo, ubi dat cauam quare omnes quæstiones examinabiles per rationes dialethicas ad utramque partem in scientia Diuina fuerint in una parte illius scientiæ introductæ, uidelicet in 3. Metaphys. non sicut autem contingit in aliis scientiis, & dicit quod hoc fuit, ideo quia communica in uniuersalitate confiderationis cum scientia Dialetica, & ideo debut est pars illius scientiæ. & ita dicit in similili in 5. Metaphys. in cōm. 1. & animaduerte quod hoc est multum difficile in scientia obserbare huiusmodi mixtuas, nam scientia sunt mixtim traditæ, unde alia sine dubio est diuisio entis in substantia & accidentem, & alia est quia diuiditur ens in ens secundum se, & in ens secundum accidentem, nam prima est diuisio entis extra animam absolute sumpti, sed secunda est diuisio entis ut cadit sub opere animæ penes alium, & alium modum praedicandi. Et similiter est diuisio entis in ens complexum, & in ens incomplexum, & multæ confimiles quae per se, & directe pertinent ad artificem rationalem, licet etiam appropriati possunt in scientia Diuina propter uniuersalitatem confiderationis sicut prædictum est. Sed diuisiones entis realis, & ad artificem realem per se spestantes, ut est Diuinus, sunt tres: Prima est qua diuisio in substantiam & accidentem, Secunda est qua diuisio per potentiam & actum, Tertia est quia diuiditur per unum, & multa, & iuxta istas primas entis diuisiones scientia Diuina prima sive sui diuisione diuiditur in tres partes. In Metaphysi prima agit de prima diuisione entis in substantiam, & acce

ADDI.

Hoc id est ha
bet Cōm. in 2.
Phys. cō. 4. p
substantia, &
accidentis fun
ctio entis
sed quod ens

Logica du
plici usitatur.

F

obligato
vicio magis
multa sunt
quod est statu

Tres entis
realis diui
siones præz.

Metaphysi
ce diuisio

Theorema. F iii